

Dñica nona posttrinita.

que vitium illud quā plurimum abhorrebat. **A**ui vice quadam sicut erat solita in oratione posita. gloriosus **H**ieronymus apparēs lo cum illuz immenso illustrans lumine precepit eidem vt abbatissaz ceterasq; moniales mane congregaret. nunciāns q; nisi a peccato iam inueterato manum extraherent. vltionem diuinam subito expectarent. his dictis disparuit crepusculo diei veniente omnes in capitulo propulsato tintinabulo congregauit. assurgēs in medio que viderat et audierat omnibus patefecit. fit omnibus monialibus subito irrisio illico ex hoc hanc exclamant fatuam. et penimia ebrietate illa fortassis somniasse. **I**lla autē patientie scuto se muniens accepta contumelia gaudens redijt ad orationes supplicans ne continue quod audierat eueniret. **T**ransactis igitur diebus decem nocte media predicta moniali orationi incumbenti. gloriosus **H**ieronymus iterum apparuit. et que p̄us nunciauerat nunciāuit. ad quem. **Q**uis es domine talia mandans? **H**ieronymus inquiens ille ego sum. et ab eius oculis cuanuit. **I**lla vero sciēs earum duriciā. quid ageret. quid videret nesciens. **T**andem malens a monialibus insana et ebria reputari q; diuinis contraire preceptis. **C**ongregatis iterum monialibus que viderat et audierat voluit intimare. **A**t vt eam assurgere pestifere conspexerunt diuini iusti iudicii sibi de proximo affuturi anteq; verba inciperet de capitulo cum magnis cachinnationibus exierunt. **S**ed transactis tribus diebus dormienti sanctimoniali. gloriosus **H**ieronymus in effabili quadam societate quasi fallatus angelorum. nocte apparēs media eā excitauit. eamq; iussit protin⁹ vt de illo exiret monasterio ne subito diuinam sententiam expectaret. cum illa vero multis lachrymis supplicaret ne hoc fieret. **A**it ei **H**ieronymus ad abbatissam et ceteras moniales. **P**erge omni mora postposita nunciāns eisdem q; nisi peniteant hac nocte diuinam sentiant vltionem. **S**i autem in sua permaneant malicia vel duricia statim exiens amplius in monasterio non moreris. his finitis abscessit. **D**ec ergo audiēs sanctimonialis anxiaz plena tristitijs. capitolium adiit et campanaz cepit vehementer vt ad capitulum accederent resonare. **Q**uo abbatissa a somno euigilās cognoscēsq; ab hac fore pulsata campanam iracūda ad capitulum properat. **A**t vbi illam vidit diris nimis verbis increpans nullum voluit audire verbum promittens q; nisi cessaret hec agere secum amplius in monasterio non maneret

Aui sanctimonialis. ne tardes inquit queso agere que promittis profecto me cognoscas i hoc loco non mansuram. gloriosus equidem **H**ieronymus tantum mihi hoc iudicium futurum statim monasterium patefecit. hec abbatissa audiens deridere cepit hanc. estimās eaz vesano capite ista fari. **E**t hostiariaz puocans iussit vt hanc protinus de monasterio effugaret. mandans eidem vt aliqua hora sic extra dimissam postmodū faceret introire vt sic ab inceptis operibus tam cessaret. hac de re sanctimonialis domina q; citius potuit de monasterio est egressa. **P**ene limen sanctimonialis illa excefferat subito torum corruit monasterium omnes opprimens virgines moniales. ita q; ex his aliqua viua non remansit. **E**t vti nam alia adhuc monasteria hāc abusione pessimam dimitterent. et omnia simul communia haberent. quia felix quem faciunt aliena pericula cautum. ne simul cum illis eternam damnationem sibi thesaurizarent. **S**ed potius pie viuendo simul vitam eternam possiderent. ad quam nos perducatur etc.

Dominica nona post trinitatis. **S**ermo primus.

Edīt popul⁹
meus manducare et bibere et surrexit ludere. **I**ta scribitur originaliter **Exodi. xxxij.** **E**t transumptiue habetur in epistola hodierna que scribitur prima ad **Corinthios. x.** **D**icunt naturales q; arbores que tempore floris sui precinduntur vermescunt et ad edificia que diu stare debent nō valebunt. **Q**uod approbat **Theophilus** i breuiloquio diuersarum artiu⁹ dicens. **C**unq; viro ris sui i tempore arbor p̄scisa fuerit vermibus quidem in posterum plena euenit atq; ad hoc pro construendis edificijs non valebit. cuius ratio est. **N**am omnis pinguedo ad corruptionem magis attendit. **S**unt autem eo tempore arbores que florent magis pingues. vnde et **Galerus** refert de his quibus de aluo pinguedo in vermes aut pediculos protinus transmutatur. **M**oraliter per arbores ad presens intellige homines. quia interrogat **Innocentius** d̄ vita humane conditionis. **li. viij.** **Q**uid inquit est homo? **E**t respondet. nisi quedaz arbor euerfa cuius radices sunt crines. cui⁹ trūcus caput cum collo stipes. pectus cum aluo.

rami sunt value cum tybijs. frondes sunt digiti cum articulis. hec ille. Ne quidez arbores florent hic in voluptatibus et carnalibus comessationibus et ebrietatibus. Sed cum dominus dicet. Luc. xij. Succide arbores. ut quid terram occupet? tunc erunt pleui verimib⁹ conscientiam corrodentium vel inferni tormentorum. De primo Esa. xliij. Operimentum tuum erunt vermes quia voluptuosos et ebrios cruciabunt pene infernales. sic q⁹ tales non valent ad edificium celeste quod construitur vivis ex lapidibus. sed apti sunt ad tormentum gehennale. Juxta illud quod dicitur in sacra scriptura. Quanto enim quis in carne dulcior fuerit. tanto vermibus eterne amaritudinis plenior erit et felicitati eterne ineptior apparebit. Et hoc figuratum est de iudeis. Exod. xxxij. Qui vacabant comessationibus et lusibus coram idolis suis. et sic vna die prescisi sunt de terra viginti tria milia hominum. ut dicit Exod. vbi supra. Sed Numeri. xxv. dicitur. q⁹ ceciderunt trigintaquattuor milia. nec est contra Exodum. quia minor numerus includitur in maiori. Et quod verum est de maiori etiam verum est de minori. Ex qua historia patet. q⁹ isti qui succisi sunt de terra virentibus corporib⁹ in voluptatibus facti sunt pleni remordentis conscientie vermibus penalibus. et hanc historiam tangunt verba preassumpta. Sedet populus meus manducare et bibere. In quibus quidem verbis duo tanguntur. primo voluptas corporalis in manducatione ibi. Sedet populus meus. secundo ludus inabilis in adoratione ibi. Et surrexit ludere. Primo igitur tangitur voluptas corporalis in manducatione cui dicit. Sedet populus meus manducare et bibere. Et surrexit ludere. Ubi sciendum secundum naturales. locusta tota siue in maiori parte consistit in ventre et insatiabilis est vni cum habens intestinum quod fame et immundicie plenum est semper. et quod diu vivit semper esurit. et os quadrangulatum gerit. Moraliter per locustas intelliguntur homines voluptuosi et gulosi quorum tota versatio est circa ventrem. de quibus predixit apostolus ad Phil. iij. Multi ambulant scilicet in via perversa quos sepe dicebam vobis. nunc autem flens dico inimicos crucis christi quorum finis interitus quorum venter deus est et gloria in confusione ipsorum et ideo tales miserabiles sunt quoad vivunt. Quos etiam habent quadrangulatum quia quattuor modis peccant in manducando aut bibendo. Primo tempus preveniendo. nam sicut famuli dei secundum doctrinam christi. Matth. vij. Pri-

mo querunt regnum dei et iusticiam eius. Sic gulosus si primo querunt regnum dei sui scilicet ventris cuius regnum est esca et potus. Juxta illud apostoli. Nonne esca et potus est regnum dei scilicet ventris? quasi diceret. sic. ad Roma. xiiij. Sic vera littera habet. Non est regnum dei esca et potus. Et iusticia et pax et gaudium in spiritu sancto. quod enim in hoc fuit primo placet deo et probatur est hominibus. quod. contra. qui primo fuit ventri displicet deo. quod de talibus dicit Esa. v. De quod manet ad sectandum ebrietate. De rito rephedi quilibet christianus debet quod spreto dei fuitio primo servit ventri suo. quod quilibet prudens homo primo deberet animam suam deuotis orationibus et sanctis meditationibus pascere. quod melior est quam corpus. Sed illi quod quandoque per multos dies vix dicunt vni pater noster. valde periculose stant. quod est signum paruipensionis. Juxta illud Arist. ij. rhetor. Oblivio est signum paruipensionis. Et tales deum non diligunt nec propriam salutem querunt. Et quia dei obliuiscuntur dum adhuc in tempe gratie vivunt obliuiscuntur eorum deus dum abinde decedunt. Quia dicit Aug⁹ ut in fine obliuiscatur a deo qui dum viveret oblitus est eius. Secundo cibaria delicata et vina querendo. Nam iudei qui in deserto carnes concupierunt Numeri. xj. Idcirco iram dei meruerunt. et hoc commemorat psalmus. Adhuc esce erant in ore ipsorum. et ira dei descendit super eos. Sed incidit hic vna questio ex quo iudei haberent secum multitudinem animalium et pecudum quare desiderabant carnes et quare non comederant carnes animalium? Respondet Hay. q⁹ non desiderabant carnes pecudum. sed autem quibus erant in egypto vbi seu satiati. Nam Nilus fluuius in litoribus saltem suis et palustribus locis habet multa genera animalium et talia qualia non habentur in circuitu aliorum fluuiorum et illarum carnes desiderabant. Sic adhuc inueniuntur multi qui dum habent carnes pecudum volunt etiam habere carnes animalium. Et cum tanta occupatione circa cibaria corporis versantur ut cibario anime penitus obliuiscantur. Et si per se circa talia non occupantur tamen ancille et famule eorum ad hoc angariantur et interdum debus dominicis et festiuis negligunt sermones ac missas cum tamen quilibet christianus tenetur ex precepto ecclesie audire totam missam ut patuit s. ser. lix. Et talis negligentia redundat in domino ac dominas. Unde Hugo dicit in de claustro anime de talibus. Quidam supsticiosius nimis in praeparandis cibis studium adhibet ferrareorum et condimentoorum genera excogitantes modo mollia. modo dura. modo frigida. modo calida.

Dñica nona post trinita.

modo cocta modo assa modo pipere modo sale condita. et in consuetudinem pregnantium mulierū desiderantes. **Et** cum tanta sollicitudine pparantur vt deuoratis quattuor vel quinque. prima non impediunt nouissima. hec ille. **Isti** colunt ventrem suum tanq̃ deum. **Et** licet cibaria eis delicate fin posse famulorum vel interdum vxorum pparatur. tamē adhuc qdam viri i illis minime contentatur. **Sed** q̃ sint nimis salsa aut nimis frixa aut mollia aut dura murmurando conqueruntur. et sic nonnunq̃ scutella post capita vxorum aut ancillarum ira permoti iactare non verentur. **Tales** perpendere debent hoc dictū beati Hieronymi quod scribit Eusebius eius discipulus i epistola ad Damascū episcopum. **Vbi** inquit cōiuiua vbi delicata fercula vbi vestra p̃ciosa pocula melle mixta et esce aromatibus preparate epulemini et inebriamini. non enim post mortem facietis. **Sed** cum diuite qui quotidie epulabatur splēdide in tormentis gehennalibus gutta aque minimas petentes peroptabitis nec h̃re poteritis. **Et** quia post fercula delicata vt frequenter sequitur luxuria. **Ideo** subdit Hieronymus. **Agite** solatia vestra in luxuria. explete voluntates. seminate in corruptione. vt et de corruptione colligatis diuinam sententiā quā dabit ille iustus iudex in magno iudicii die. **Ite** maledicti in ignem eternum qui preparatus ē diabolo et angelis eius. hec Hieronymus. vnde legitur de quodam qui illo modo impleuit voluntates suas i ferculis delicatis et i delitijs ebrietatis. **Sed** de ecclesia et indulgentijs nihil curauit. infirmat⁹ ergo rogatur a filia deuota vt si deus annueret post mortem ei appareret. et statum suū indicaret. **Tringinta** ergo diebus nondum peractis apparuit ei crucibulum in manu batulando et ignitus fuit ex toto. et filia ipsum videns exterrita quis esset et quid cum crucibulo vellet inquisiuit. **Cui** ille. **Pater** inquit tuus ego sum. et i isto crucibulo habeo potum meum. de quo dicit ps̃. **Ignis** sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorū. **Tunc** illa magis tremula an possit in aliquo iuuari requisit. **Respondit.** non potes me iuuare. imo nec omnes sancti in celo existētes. qz sententiā euangelij data est fuder me. vbi domin⁹ ait **Matth. xxij.** **Ligatis** manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores. **Quo** dicto clamare cepit. **ve. ve. ve.** **Ve** in amaritudine. **ve** in multitudine. **ve** in penarū eternitate. **Ideo** dicit Gregorius in moral. **Qui** nunc se male in voluptatibus dilatat illum postea pena in supplicijs angustat. **Est** tamen circa hoc

notandum. **Si** quis preparare iussit cibum suum ea intentione vt euz possit sumere. quia aliter non possit ex complexione sue subtilitatis credo hunc non peccare. **Quia** dicit Augusti. super epistolam Iohannis. **Et** ponitur di. xli. c. **Delitie.** **Delitie** inquit que absqz desiderio p̃cipiuntur non afficiunt. id est. nocent et viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abstinentie. **Ide** de verbis domini. et ponitur in eadem di. c. **Non** cogantur. **Non** cogantur inquit diuites pauperum cibis vesci vtatur cōsuetudine infirmitatis sue. **Sed** doleant aliter se sustentari nō posse. si consuetudinē mutant. cum enim egrotant vtūtur superfluis. id est. p̃ciosis et dant pauperibus vilia. **Tertio** nimis comedendo. nam cibus nimis sumptus suffocat rationem et extinguit naturalem colorem. **Ideo** dicit Hieronymus i epistola ad Damascum. **Ne** miseri quid facitis corpus ante tempus destruitis. nō agnoscitis et animam interficitis. vnde infirmitates et mors tam intempestiua nisi ex nimia ciborum crapula et copia frequenti vsu mulieris deus deludere creditis id est. certe deluditis vos metipsos. p̃ corpore obliuiscimini animam. **Et** ecce simul animam cum corpore destruitis ante tempus. **Et** ideo gaudete et iocundamini et letamini i hoc breuissimo temporis spacio qd habetis postmodum vt cum diabolo sine fine lugeatis. hec Hieronymus. **Sed** nota semper in medio est virtus. **Et** medium in omnibus est laudabile. vt habetur ex li. ij. ethi. **Quare** homo i comedēdo semper debet habere mediū et obseruare. dicit tamen **Aug⁹** in li. questionū euangelij. et ponitur di. xli. q. dicit dominus. **Non** interest omnino quid alimētorū sumas vt succurras necessario corporis dūmodo congruas in generibus alimentorū his cum qbus tibi viuendū est. neqz q̃tum sumas. multū interest euz videamus. et aliorū stomachus citius faciarī cibis. **Quarto** nimis auide edendo. **Et** signum huius auiditatis est quādo animus hominis ad cibum toto ardore trahitur vt nihil sinat hominem de deo neqz de pauperib⁹ cogitare. **Sz** effundit se super cibū sicut animal brutū. **Luz** tñ dicit sapiens. cū sedes in mensa p̃mo de paupe pensa. **Tunc** bene p̃adetur cum xps̃ adesse videt. **Ideo** vt homo possit cogitare de deo sedens i mēsa sua et de paupibus dicit sapiens **Ecc̃i. xxxvij.** **Noli** auidus eē i omni epulatiōe et nō te effundas super omnē escam. **Ecce** os q̃drāgulū ipsi⁹ locuste q̃ significat gulosum. et hoc quo ad p̃mum. **Quātū** ad secūdū tangit ludus inabilis i adoratione cū dī. et surrexit ludere. i. ludos facere

scz circa idolatriam. Quia idola adorauerunt de adoratione idolorum. vide **S. sermo. xv. R. L.** Sed ex quo dicit hic. Surrexerunt ludere. **N**otandum ē circa ludum. q̄ ad hoc q̄ virtuose fiat tria requiruntur. vt dicit **Holk. super li. Sapiē. lec. clxxiiij.** Primo condecencia honestatis. vt videlicet ludus talis deceat personā ludentem. deceat personas assistentes. Unde alius ludus cōuenit prelato ⁊ clerico seu viro religioso. et alius militi armigero vel famulo alius etiam decet senem. alius iuuenem. quia non omnia omnibus decēt. **F**ingit enim **Iosephus** de asino et catulo ocioso quem cuz asinus vidit mirabiliter acceptum et gratum domino. deliberauit que possit esse causa quare dominus catulum nihil operis operantem. aut facientem tantum diligeret ⁊ deprehēdit. q̄ quotiens dominus domum redijt catulus ei occurrit voce ⁊ modo quibus potuit domino semper applausit. visum ergo etiam expediens asino effugare catulum. ⁊ sic domini gratiam pmereri. **I**gitur domino domum redeunti occurrit asinus cum impetu pedes anteriores humeris domini allisit clamore valido rudire cepit. Dominus turbatus et lesus auxilium conuocat famulorum qui asinum validissime fustigatum delinquentes abierūt. **I**sto modo moraliter multi sunt qui reputant quod deceat eos omnis ludus attamen in rei veritate sepe inde displicent vnde se placere reputant. **N**arratur fabulose q̄ **minerua** inuētis tybeis cepit fistulare. cum ergo iuxta quandā aquam sufflando intenderet cōsiderauit baccharum suarum tumorem ⁊ visa indecentia vultus sui. p̄iecit tybias propter quod nec vnq̄ postea voluit fistulare. **C**ōsideret ergo ludens primo p̄sone sue conditionem et honestatem ⁊ nihil attemptet nisi qd̄ eum vel statum suum deceat. ⁊ super omnia turpia caueat q̄ aliquo modo ad peccatum inclinant. vt ludus chorearum. et sic de alijs. **U**nde **Seneca**. de quattuor v̄tutibus. **O**mnia tollerabilia p̄ter turpitudinem crede. a verbis quoq̄ turpibus abstinet. quia licentiam eorū impudentiam inuitat. sermones v̄tiles magis q̄ facetos affabiles amā miscēs interdum serijs iocos. **S**ed temperatos ⁊ sine detrimento vel honoris vel dignitatis et verecundie. **N**az reprehensibilis risus si est immoderatus. hec **Seneca**. **D**e ista honestate et decentia in ludo seruanda. dicit **Aristoteles. iij. ethicorum. ca. xvj.** Qd̄ ludus liberalis et disciplinatus differt a ludo seruili indisciplinato. in hoc q̄ ludus indisciplinatus exponit se duplici damno videlicet derisionis et suspitio-

nis. vnde indisciplinate ludentes in cōmedijs scdm̄ eum aliquando patiuntur derisionem. si videlicet aliquando inepte dixerunt aliquam suspitionem. si videlicet turpia dixerunt quod probabile est. quia de turpibus qui ludunt in turpibus delectantur. **E**t ideo ex premissis magis sepe intelligimus. **S**icut docet **Tullius** in rhetorica. **E**x oculoꝝ intuitu. ex hilaritate risu. ⁊ huiusmodi. **S**icut dicit **Tulli⁹** libro primo. de officijs. **P**ueris non omnem ludi licentiam damus. sed ea que ab honestis actionibus non sunt aliena. sic in ipsa semper aliquid ibi ingenij elucescat. **E**t **Ambrosius** in officijs libro primo. **T**ineamus ne dum animus relaxare volumus omnem arundinez. id est. honestatem quasi contēptum quendam bonoz operum. visus enim cito inflectit naturā. vnde de clericos nullo modo decet mulieruz procreationes vel meretricia effigiare. gestu. habitu. vel loquela. ne homines suspicentur eos in talibus p̄cordialiter delectari. **I**tem nec mulierum saltationes clericos decet. **U**nde **Hieronymus** super illud **Matt̄. xiiij.** **D**ie autēz talis **Herodis** saltauit filia **Herodiadis**. **S**ic dicitur. vbi saltatio ibi diabolus. nec enim deus dedit ad hoc nobis pedes vt cum camelis sic saltemus. **S**ed cum angelis choros faciamus. in saltibus exultent homines et letentur ministri demonum. hec ille. **I**llam honestatez bene seruauerat illa virgo **Lara** filia **Bageslis**. que dicit **Lobie. iij.** **N**unquam cum ludentibus miscui me. nec cuz his qui in leuitatibus ambulant participem me prebui. **S**ecundo ludus prouidentiam requirit idēptitatis vt ludens semper prouideat vt ludus suus sit simplex et innocens et innoxius ne aliquis inde ledatur. vnde qui nihil in dictis suis ponderant ⁊ risum facient nec curant quem per dicta sua contristent derisores sunt et bomolchi et non eutropoli fm̄ **Aristotelem. iij. ethicorum.** **E**t de vno quoq̄ tali dicit spiritus sanctus. **P**rouerbiorum. xxiiij. et habetur extra de presumptionibus. ca. p̄mo. **F**raudulentus nocet amico suo. et cum deprehensus fuerit dicit ludens fecit. **T**ales ludunt more **Samsonis** tam se q̄ p̄ assistentes opprimens. **I**udicū. xvj. **S**ed nunquid virtuose ludens potest alteri conuitiari. **E**t ad hoc satis respondet **Aristoteles. iij. ethicorum.** q̄ quedam conuitia sunt contumeliosa et quedam non. **D**icere autem contumeliam alicui est eum infamare. et ideo talia conuitia nullus virtuose ludens dicere debet. **S**z hoc apud gentiles leges prohibebantur. **S**ūt autem alia quedam conuitia de leuibz que

Dñica nona post trinita.

potest conuenienter vtuosus dicere vel ppter delectationem vel ppter bonum sicut exponit sanctus **Tho.** ij. ij. q. lxxij. dicēs. Sicut licitū est aliquem vberare vel in rebus damnificare causa disciplinē. Sic etiam potest aliq̄s alteri quem corrigere debet vbum compicilosum dicere. Et hoc modo dominus discipulos vocauit stultos. **Lu.** c. vlē. Et apostolus galatas in sensatos. **Ad Gal.** iij. Tertio ludus requirit carentiam supfluitatis ne nimis frequentetur vel ne nimis cōtinuetur. Dicit enī **Tullius** li. j. de offi. Ludo quidem et ioco vti licet sicut somno et quietibus ceteris. Distinguit autē **Tho.** triplex genus ludendi. super. iij. sententiarū di. xvj. q. vlē. argu. j. Est enim ludus turpis et inhonestus qui i se difformitatē importat. tales fecerunt gentiles coram dijs suis in theatris et templis. et similiter coram vitulo iudei. Et iste similiter inhibitus est xpianis. de pe. di. v. §. j. in fine. et in multis locis. Alius est ludus deuotionis et gaudij spūalis qualem faciūt in die corporis xpi xpiani. et qualem fecit dauid coram arca. ij. **Reg.** vj. Tertius est ludus humane consolationis cuius medietas vocatur eutropia. id est. vtuosia. Et illa virtus dī ab **Aris.** eutropolis que est vtus ita necessaria humano conuictui q̄ fm euz propriū est eutropia esse epidoxotē ab epi qd est supra et doxi os quod est aptum quasi optime aptum conuictui humano. et de tali ludo potest exponi illd **Ach.** xij. Platee ciuitatis cōplebūt in faucibus et puellis ludentibus. Et quia ludus est necessarius in vita humana. Ideo quidā dixerunt felicitatem humanam p̄sistere i opationibus ludi. vt dicit d̄ ipsis **Aris.** x. ethic. c. xx. et ponit opinionē ipsoz que est ista. Illud ḡ diuites et potentes maxime indigent in quo maxime delectant et videtur potissime ad delectationem p̄tinere. Sed diuites et potētes maxime querunt delectationes ludi. vnde persone conuenienter ludentes sunt eis chare et p̄ciose. ergo videtur q̄ in talibus felicitas p̄sistat. Sed contra hanc opinionez inuehitur **Aris.** sic. Si ludus foret finis vite humane sequerēt q̄ homo studeret negociaretur et laboraret. et militaret ppter ludum quod est puerile. Sed econuerso fm sententiā anatharsis bene se habet dicere q̄ aliquis ludat ad horam vt postmodū studeat diligentius. quia requies ē ppter operationem. et non operatio p̄p̄ requiem. Secūdo euz felicitas sit summū bonū necesse est q̄ i optimis p̄sistat. seria aut sunt ridiculosi meliora. Igitur felicitas magis circa seria q̄ circa ridiculosa p̄sistit. Unde **Tullius** li. j. de offici. Non enī ita generati sumus vt ad ludum et iocū

cum nati esse videamur. Sed ad seriofitatem potius et ad quedam grauiora atq̄ maiora. Tertio quia melioris ptis anime melior est cōparatio. et per consequens in nobilissima parte poni debet felicitas. Sed nihil phibet hominem bestialem corporales delectationes maxime participare. Igitur in delectationibus talibus nō consistat felicitas. Quāuis aut ludus non sit humane vite felicitas est tamen conueniens ludus vtus quedam. Sicut enim homo indiget a vexationib⁹ corporis quiescere. ita indiget intentionem animi studiosis et seriosis relaxare et a sollicitudinū anxietate pausare. hoc autem fit per ludū qui consistit in colloquijs et collationibus conuenientibus inter homines ordinatos et non ad taxillos.

De eadem dominica.
Sermo secundus.

Homo quidaz erat diues qui habebat villicū et hic diffamatus est apud illum et. **Lu.** c. xvj. Domini terreni reges et principes q̄ nō possunt omnia soli i regiminib⁹ suis gubernare et expedire habent sub se suos procuratores quorum aliqui p̄sunt ciuitatibus et aliqui villis et ab eis exigunt rationem singulis annis. q̄ sic sit verum q̄ domini terreni habēt suos procuratores qui etiam regunt subditos post dominos notum est. Attamen probatur in natura. in figura. In natura legitur de sole q̄ fm **Ambo.** est dominus planetarum decor et perfectio omnium stellarum. Et vt dicit **Macrobius.** Sol tanq̄ dominus medius est inter planetas. effectus eorum concilians. et etiam cōtra elementa. quia hoc spectat ad dominos terrenos vt concordant discordantes. et licet sit dominus omnium stellarum et regat omnia inferiora. tamen habet sub se stellas alias que etiam regunt inferiora. quia sunt temporū annorum mensium dierumq̄ distinctiue. Nā fm **Aris.** Permutatio temporis non est pmutatio stellarum in signis diuersis super septē climata aut ex pmutatione lune singulis. xxvij. diebus. aut mercurius aut veneris in omnib⁹ decem mensibus In figura probatur **Sen.** xij. de rege Pharaone qui habuit procuratorem **Joseph.** Spūaliter dominus noster iesus christ⁹ qui est rex regum et dominus dominantium. **Apo.** c. xix. Qui per se potest omnia regere et regat. Sicut declarat **Boe.** li. iij. de conso. metro. ix. cum dicit. O qui perpetua mundum ratione gubernas. Terrarum celiq̄ sa tor. qui